



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

246. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Ut laici Ecclesiæ non teneant nec decimas
accipiant. *Ex Concilio [Meldensi]*
cap. LXV.

Concil. Meld.
t. 75.

C C X L I V. Indignum valde est ut qui in
regia dignitate ceteros Ecclesiæ filios auctore
Deo præcellitis , neglegentiūs quæ Dei sunt
exequi videamini. Unde dignum erat ut capel-
las villarum vestrarum laicis non committere-
tis , sed potiūs illis qui & eadem sacrata loca
religiōsiūs tractarent & vobis debitum obse-
quium impenderent. Monemus itaque & hor-
tamur , ne , quod absit , periculum anathema-
tis ex decimis præsumptis incuratis , ut hoc
corrigere studeatis.

De eadem re. *Ex eodem capitulo.*

Concil. Meld.
ibid.

C C X L V. Si capellas vestras Presbyteris
aut viris ecclesiasticis dederitis , & dominicas
decimas acceperint , sarta tecta Ecclesiæ & lu-
minaria exiude competenter provideant , &
Presbyteri parrœchianas decimas accipiant ,
& populi necessitatibus debite invigilent.

De eadem re. *Ex eodem.*

Concil. Meld.
ibid.

C C X L V I . Si autem laici capellas vestras
habuerint , à ratione & ab auctoritate alienum
habetur ut ipsi decimas accipiant & inde canes
aut genitiarias suas paſcant. Sed potiūs Pres-
byteri Ecclesiarum eas accipiant , & inde re-
ſtaurationē Ecclesiarum & luminaria & ho-
ſpitum ac pauperum receptionem exhibeant ,
& pro vobis ac statu regni vestri Dei miseri-
cordiam studiosè implorent.